



Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Gabriel Paleottus n. 15

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

AB EODEM LoTHARINGO, Illud disertè afferente, Se ipsi Amata^s
 Societatis Præposito (*talis tunc erat Lainius*) in amanda, tuen- quantum à
 daque Societate nihil cessurum, suisque humeris etiam in Lotharingo
 Gallia, & vbique gentium posset, sustentaturum. Hæc Car- Cardin.
 dinalis coram Lainio locutus. Ita ead. 2. Par. Hist. Soc. lib. 7. n. 4. Societas?
 Idemque dixerunt ceteri, qui Concilio Tridentino interfuerunt totius Quam suis
Orbis Antifites, vt videre est in Imag. 1. Sac. Soc. lib. 5. cap. 9. humeris in
 fol. 655. Gallia su-
 stentaturū
 dicebat.

15. A GABRIELE PALEOTTO, appellante Ignatium Pa- Ignatius
 rentem, Lumen Ecclesiæ, virumque à Deo excitatum ad Ecclesiæ
 condam Societatem, quo velut reuiuisceret, nouaque san- lumen.]
 ciretur rei Christianæ disciplina. Ita in cit. Imag. lib. 5. cap. 1.
 fol. 590.

16. AB STANISLAO HOSIO: Qui cum Borgia renuncia- Gratulatio
 tur Præpositus Generalis, ipſi Francisco gratulatus est his verbis. de Borgia
 Et si pridem allatum huc fuerat R. D. Vestram cuius insig- in Genera-
 nis pietas toto celebratur in Orbe summa cum voluntate om- lem ele-
 nium, & incredibili quodam consensu Sancte Societatis IESV
 Generalem esse designatum; quoniam tamen ex Vrbe nullas
 ante mensem Decembrem ea de re literas acceperim, diffe-
 rendam esse duxi meam gratulationem in id usque tempus,
 quo certius aliquid hac de re cognoscere licuislet. Deo gra-
 tias ago, cuius beneficio factum est, ut non solum huic
 Sanctæ Societati, verum etiam Ecclesiæ vniuersæ de viro
 tanta vitæ integritate, grauitate, prudentia prædicto prospiri-
 ceret: cuius cura, & diligentia prouideri possit Ecclesijs om-
 nibus, ut ne careant Verbi ministri, qui non magis doctri-
 na, quam exemplo ceteris præuant. Quibus quò magis hæc
 mea diœcesis indigere videtur; hoc impensis munus, hoc
 R.P.V. delatum illigratulor, mihi vero gaudeo. Nam illius
 opera futurum confido, ut nec alijs Ecclesijs, nec meæ desint
 fideles Operarij, qui laborent in Vinea Domini. Hæc Hosius
 Cardinalis, ac Vermiensis Episcopus in Borgia, & Societatis laudem
 erupit. Sic refertur Par. 3. Hist. Soc. lib. 1. num. 33.

AB

Socij fideb.
 in vinea
 Domini
 Operarij.